A. D. 1923. Nrus III.

CURRENDA

Nr. 3157.

Wizytacja kanoniczna dekanatów: limanowskiego i tymbarskiego.

JE. Najprz. Ks. Biskup Ordynarjusz dokona wizytacji dekanatu limanowskiego w następującym porządku:

2. czerwca w sobotę wieczorem przyjazd do Męciny; 3. wizytacja w Męcinie; 4. w Pisarzowej; 5. w Kaninie; 6. i 7. w Limanowej; 8. i 9. w Słopnicach Królewskich; 10. i 11. w Łososinie Górnej; 12. w Nowem Rybiu; 13. i 14. w Żegocinie; 15. w Laskowej; 16. w Kamionce Małej; 17. i 18. w Ujanowicach.

Najprzew. Ks. Biskup Sufragan dokona wizytacji dekanatu tymbarskiego w następującym porządku: 25. maja — w piątek — wieczorem przyjazd do Tymbarku; 26. wizytacja w Tymbarku; 27. w Wilkowisku; 28. w Szyku; 29. w Szczyrzycu; 30. w Górze św. Jana; 31. w Krasnem; 1. czerwca w Jodłowniku; 2. w Skrzydlnej; 3. w Dobrej; 4. i 5. w Jurkowie; 6. w Kasinie Wielkiej; 7. w Kasince Małej; 8. w Olszówce; 9. i 10. w Niedźwiedziu; 11. w Lubomirzu; 12. i 13. w Mszanie Dolnej.

W czasie wizytacji kanonicznej wszyscy P. T. Kapłani odmawiać będą kolektę: *de Spiritu Sancto,* o ile na to pozwalają Rubryki.

Uwaga: Wizytacja nie zwalnia od obowiązku urządzania Kongregacyj w dekanatach wizytowanych.

Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpredandos. Dubia soluta in plenario coetu diei XII Novembris MCMXXII.

(Acta Apost. Sed. 1922 pag. 661).

I *De parochi iure quoad processiones* (can. 462, n. 7).

Utrum verba canonis 462, n. 7: *publicam processionem extra ecclesiam ducere* intelligenda sint tantummodo de processione, quae initium ducit ab ecclesia paroeciali; an etiam de iis quae faciunt initium ab aliis ecclesiis intra ambitum territorii paroeciae sitis, idque etiam si hae ecclesiae non sint filiales et proprium Rectorem habeant.

Resp. Negative ad 1. partem, affirmative ad 2., firmo tamen praescripto canonum 482 1291, § 1.

II *De anno integro novitiatus* (can. 555, § 1, 2).

1. Utrum annus integer novitiatus, praescriptus in can. 555, § 1, 2, computandus sit iuxta normam statutam in can. 34, § 3, 3.

Et quatenus affirmative:

2. Utrum eiusmodi norma computandi annum in ordine ad novitiatum servanda sit ad validitatem, an tantum ad liceitatem.

Resp. Ad 1. affirmative, seu servandum esse praescriptum canonis 34, § 3, 3.

Ad 2. affirmative ad 1. partem, negative ad 2., seu canonem servandum esse ad validitatem novitiatus.

III *De egressu e religione* (cann. 638—640).

1. Utrum can. 640, § 1, comprehendat omnes qui saecularizationis indultum obtinuerint sive a Sede Apostolica, sive ab Ordinario loci.

2. Utrum qui indultum exclaustrationis ab Ordinario loci obtinuerunt, teneantur conditionibus appositis in can. 639.

Resp. Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Affirmative, salva Ordinarii potestate concedendi exclaustrato ob rationes particulares facultatem retinendi habitum religiosum.

IV *De iure comulativo fontis baptismalis* (can. 774, § 1).

Utrum ecclesia quae ante Codicis iuris canonici promulgationem fruebatur legitimo iure exclusivo fontis prae aliis paroecialibus ecclesiis, illud conservet cumulativum cum iisdem ecclesiis, quae ex praescripto can. 774, § 1, ius fontis obtinent.

Resp. Canonem 774, § 1, ita inteligendum esse, ut ecclesia quae ius fontis habet cumulativum cum aliis totius civitatis ecclesiis paroecialibus, illud obtineat etiam prae ecclesiis paroecialibus noviter in civitate erectis cum fonte baptismali. At ius fontis cumulativum in posterum obtineri nequit ex consuetudine, quae corruptela dicenda est.

Ecclesia vero quae ante Codicis promulgationem habebat ius fontis exclusivum prae aliis ecclesiis paroecialibus, post Codicis promulgationem erectoque in iisdem ecclesiis fonte ad praescriptum citati canonis, nonnisi ius cumulativum obtinet, salvo praescripto can. 778.

V *De dispensatione super impedimentis matrimonialibus* (cann. 1044 et 1045, § 3).

Utrum in casibus, de quibus in canonibus 1044 et 1045, § 3, censendum sit Ordinarium adiri non posse, cum nec per literas, nec per telegraphum nec per telephonum ad eum recurri potest; an etiam cum solum per literas impossibile est, licet per telegraphum vel telephonum id fieri possit.

Resp. Negative ad 1. partem, affirmative ad 2., seu ad effectum, de quo in cann. 1044 et 1045, § 3, censendum esse Ordinarium adiri non posse, si nonnisi per telegraphum vel telephonum ad eum recurri possit.

VI *De iure patronatus* (can. 1451, § 1).

Quaenam sit vis verbi *curent* canonis 1451, § 1.

Resp. Verbum *curent* cit. canonis declarat ab Ordinariis locorum suadendum esse patronis, ut loco iuris patronatus quo fruuntur, aut saltem loco iuris praesentandi, spiritualia suffragia etiam perpetua pro se suisve acceptent; et hinc patronos, praesertim ecclesiasticos, optime se gerere si hisce suasionibus obsequantur.

VII *De concursu quoad benefitia iuris patronatus laicalis* (can. 1462).

Utrum ad normam can. 1462 paroeciae aliave beneficia obnoxia iuri patronatus laicalis conferri semper debeant per concursum, ita ut patronus etiam laicus non possit praesentare nisi clericum legitime ex concursu probatum.

Resp. Affirmative, si paroeciae aliave beneficia iuris patronatus laicalis sint obnoxia concursui iure particulari ex gr. fundationis vel legitimae consuetudinis; secus negative.

VII *De absolutione a censuris* (can. 2252).

Utrum in canone 2252, quo statuitur obligatio recrurendi *ad S. Poenitentiariam vel ad Episcopum aliumve facultate praeditum*, etc., verba illa *facultate praeditum* restringenda sint ad vocabulum *aliumve;* an etiam pertinere dicenda sint ad aliud vocabulum *Episcopum*, ita ut Episcopus qui non sit facultate praeditus, mandata dare nequeat.

Resp. Negative ad 1. partem, affirmative ad 2., seu Episcopum mandata dare non posse, nisi facultatem habeat a iure vel ex Sedis Apostolicae concesssione.

Romae, 12 novembris 1922. P. Card. *Gasparri*, Praeses.

Aloisius Sincero, Secretarius.

168/23.

Władze Kapłanów głoszących kazania na „Misjach".

Sacra Poenitentiaria Apostolica. — Sectio de indulgentiis.

Die 1 februarii 1923.

SSmus D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV, per facultates D. Cardinali Poenitentiario Maiori impertitas, benigne concessit, ut singuli Sacerdotes ex Societate Missionariorum dioecesis Tarnoviensis tempore tantummodo sacrarum Missionum et Spiritualium Exercitiorum, quo, de Ordinarii loci licentia, Ss. Conciones habeant, sequentibus facultatibus uti possint:

1. Impertiendi, cum Crucifixo et unico Crucis signo, in postrema Concione, papalem Benedictionem cum adnexa plenaria Indulgentia, etiam animae alicuius fidelis in Dei gratia vita functi applicabili, ab iis christifidelibus confessis ac sacra Synaxi refectis lucranda, qui postremae eidem Concioni adfuerint, et quatuor saltem alias ex praecedentibus audierint, ac insuper ad mentem Summi Pontificis pie oraverint; facta praeterea potestate christifidelibus, qui Concionibus praedictorum Sacerdotum eo tempore interfuerint, singulis vicibus Indulgentiam ducentorum dierum lucrandi, animabus etiam in Dei gratia vita functorum profuturam.

2. Benedicendi, extra Urbem, uno Crucis signo, tum privatim tum publice, Coronas, Rosaria, Cruces, Crucifixos, parvas Statuas ac Sacra Numismata, eisque applicandi Indulgentias „Apostolicas" nuncupatas, uti in elencho edito a Suprema Sacra Congregotione, die 5 Septembris 1914, nec non Coronis precatoriis Indulgentias, quae a S. Birgitta nuncupantur.

3. Benedicendi, uno Crucis signo, Coronas iuxta typum Coronarum Ss. Rosarii B. M. V. confectas, eisque adnectendi Indulgentiam quingentorum dierum, animabus quoque in Dei gratia vita functorum applicabilem, toties a christifidelibus lucrandam, quoties ipsi, aliquam ex iisdem Coronis manu gerentes, Orationem Dominicam vel Angelicam Salutationem devote recitaverint.

Iis denique ex praedictis Sacerdotibus, qui Missam in suffragium animae alicuius christifidelis in Dei gratia vita juncti celebraverint, Indultum personale Altaris privilegiati, pro singulis praefatorum temporum diebus, eadem Sanctitas Sua clementer impertivit.

Praesenti ad quinquennium valituro.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

De mandato D. Card. Poenit. Mai.

W sprawie odpustów krzyżów misyjnych vide Cur. XII z r. 1913.

L. 1636. **Sacra Congregatio „Pro Religiosis"**

mediante Nuntiatura Apost. Varsaviae (die 19. Febr. 1923 N. 4281) audito Sanctissimo, die 30. Januarii currentis anni, ad quaestionem — utrum monialibus clausura impeditis, quominus extra monasteriorum claustra versari possint, saltem e monasteriis egredi causa voti dandi in electionibus politicis liceret, haec respondendum censuit:

„Moniales vel Religiosae, quae clausuram continuam observant, se abstineant. Quoad Religiosas vero seu sorores, quae e domo egredi solent, remittitur iudicio Episcopi an conveniat, attentis loci et personarum circumstantiis".

L. 1626.

Polecamy dzieło rozszerzania Komunji wynagradzającej, szerzone przez XX. Misjonarzy Saletynów w Dembowcu ad Jasło. Do nich też należy się zwrócić po bliższe wyjaśnienia.

L. 2213. **Poszukiwanie metryki.**

„Ofiaruję 100.000 Mkp. za odszukanie metryki urodzenia Tomasza Moszczeńskiego (Moszczyńskiego), syna Jana i Tekli z Kuleszów, urodzonego w Tarnowskiem przypuszczalnie w roku 1816". *Marja Moszczeńska.*

Rekolekcje kapłańskie
w r. 1923 odbędą się:

We Lwowie w Domu Rekolekcyjnym — Dunin-Borkowskich 11: Serja I w maju od 15—18; zjazd 14. Serja II w czerwcu od 12—15; zjazd 11. Serja III w lipcu od 3—6; zjazd 2. — Uczestnicy rekolekcji przywiozą ze sobą 1 kg. tłuszczu.

W Nowym Sączu: u XX. Jezuitów pod kierunkiem O. Tuszowskiego od 3—6; zjazd 2.

W Tarnowie: w Seminarjum duchownem od 25—28; zjazd 24.

Zmiany na stanowiskach i urzędach duchownych.

Instytuowani: ks. Dr. Władysław Kuc, katecheta I. gimnazjum w Tarnowie, na probostwo w Ropczycach; ks. Jan Dulian, proboszcz w Wojniczu, na probostwo w Porąbce uszewskiej.

Emeryturę otrzymali i przeszli w stan spoczynku: ks. Jan Bajda, proboszcz w Pleśnej; ks. Jan Jarzębiński, proboszcz w Mystkowie; ks. Władysław Dobrowolski, proboszcz w Nowem Rybiu.

Mianowani administratorami opróżnionych probostw: ks. Józef Mastalerz w Pleśnej; ks. Józef Rogoziński w Wojniczu; ks. Franciszek Sikorski w Mystkowie; ks. Stanisław Tobiasz w Brzeźnicy; ks. Jan Jakubowski w Nowem Rybiu.

Przeniesieni: ks. Mikołaj Piechura, ekspozyt w Janowicach, do kościoła filjalnego w Ochotnicy Dolnej; ks. Józef Maryański, ekspozyt w Ochotnicy Dolnej, do Janowic.

Zmarli: ks. Joachim Motykiewicz, jubilat, kapłan arch. lwowskiej, 18. stycznia, w Szynwałdzie; ks. Jan Mika, proboszcz w Brzeźnicy ad Dębica, 21. marca; ks. Stefan Górowiecki, emeryt diec. krakowskiej, 18. marca w Sechnej (parafja Ujanowice). *R. i. p.*

Z KURJI BISKUPIEJ.

W Tarnowie, dnia 1. maja 1923.

Ks. Roman Sitko
kanclerz

† EDWARD Biskup
w. g.

Nakładem Kleru Diecezjalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.